



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

60 Clausula, si in evidentem, quando in litteris Apostolicis apponatur,
Litterae Apostolicae super alienatione bonorum Ecclesiae, quando
subreptitiae iudicandae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

pañ. imp. & Dec. in cap. 1, num. 7, de consuet.

- 60 Litteræ Apostolicæ † super bonis ecclesiasticis alienandis semper conceduntur cum clausula, si in evidentem utilitatem, & sic juxta juris communis dispositionem, ut dicto cap. non liceat Papa, 12 quest. 2, & dicta extravag. ambitiose. Ideo illæ, quando in instrumento continentur ejusmodi pacta, ne scilicet, ob non solum canonem, aut ob alienationem, domino irrequisito, seu ob deteriorationem devolvi, possit emphiteusis alienari, & transire in extraneos, etiam illegitimos, aut alia pactorum, & conventionum genera juris communis dispositioni penitus adversantia in dictis Apostolicis litteris minimè expressa, uti tacita veritate impetratæ sunt subreptitiæ, cap. dudum il. 2, ver. insuper Indulgentiam, & ibi gloss. in ver. expressa de elect. cap. ad nostram, & cap. porrecta, de confirm. util. vel inutil. Dec. in cap. 1, num. 2. eod. tit. & Innoc. in cap. cum dilecta num. 3. de rescript. & non valent l. juru gentium, §, & generaliter ff. de pactis, l. pacta, quæ contra & ibi Alex. in princ. C. eod. cap. fin. & ibi gloss. 1, post med. & Abb. num. 1, ex eod. tit.
- 61 Nec suffragatur decretum, † seu sententia delegatorum, quæ formato processu desuper pro confirmatione proferuntur, nam delegatorum facultas non potest litterarum delegatarum fines transgredi: quia potestas, & jurisdictio delegata non est extendenda ad casum non expressum, Abb. in cap. transmissa, num. 9, de verb. signif. quin uti extraordinaria est potius restringenda, gloss. in cap. 3, in ver. vel conventionis, de rescriptis

in 6. gloss. penult. in clem. fin. de offic. ord. Ancaran. in cons. 210. scripsit Papa, nu. 8. & Rot. decis. 5. nu. 3. & 4. de concess. prob. in antiquior.

62 Quare † delegatus formam sibi traditam diligenter servare debet, l. diligenter, ff. mandati, cap. cum dilecta, in fin. de rescript. cap. bona memoria, il. 2. §. nos igitur, de postul. Pralas. Specul. de jud. deleg. §. 5. num. 1, lib. 1, Abb. in eod. cap. cum, dilecta, num. 4, & ibi Felyn, num. 6.

63 Præterea alienationes † contra formam dictæ extravagantis, & cap. non liceat Papæ factæ de anno 1555. etiam fuerunt per Papam Paulum III. revocata, ut in Bull. Rom. cap. 2, pag. 540, eisdemque etiam Pius V. de anno 1569. pag. 1067, cum sicuti hujusmodi alienationes nullæ erant à principio, ita actus omnino nullus semper remanet nullus, nisi iteretur cap. non prestat, de reg. jur. in 6, Dec. cons. 367, num. 4, & cons. 645, nu. 14, Borgn. Caval. decis. 43, nu. 71, & decis. 46, nu. 91, par. 1,

64 Neque † clausula, suppletes omnes defectus, efficere potest, ut in dictis litteris Apostolicis minimè expressa pro expressis habeantur. Sed supplet tantummodò defectus juris positivi circa solemnitates à jure requisitas, nempe circa tractatus, qui in bonorum ecclesiasticorum alienatione requiruntur; & qui licet habiti fuerint minus tamen legitimè: non autem alios defectus substantiales à jure reprobatos qui à communiter accidentibus suppleri non solent; de quibus, si Papa fuisset certus, minimè concessisset, & ita procedunt allegata per Specul. lib. 1. par. 1. de leg. §. nunc ostendendum, num.